



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

XXXIII. Apollonii Molonis,

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IV.

51

dæus cum Phalereo: nam conjungitur illie cum Philone Seniore, & Eupolemo, qui contr. Apion.
Judæi fuerunt; quemadmodum ab Hieronymo quoque cum Eupolemo & Aristobulo
Hier. De script.
conficiatur, & à Clemente Alexandrino cum Philone seniore. Cum ergo Deme- Eccl. in Cle-
trium Judæum illi significaverint, idem videtur à Josepho significari debuisse. ment. Alex.
Clem. Alex.
Strom. 1.

XXIX. Cleodermum præterea, qui & Malchus dictus est, laudat Alexander idem Clem. Alex.
Polyhistor, apud Josephum. Prophetam quoque appellat, & juxta Mosis narratio- Strom. 1.
nem historiam Judæorum elaborasse ait: tum subiicit ejus fragmentum de liberis Cleodemi,
Abrahāmi, ex Chætura natis. Joseph, Antiq.
libr. 1, cap. 16.

XXX. Theodoti quoque auctoritate se tuerit Alexander Polyhistor, & ex ejus li- Theodoti;
bro de Judæis particulas depromit verâ oratione scriptas: unde librum hunc non aliud
fuisse colligas, quam Mosaicæ historiæ metricalm expositionem. Narrantur illic, Jacobi in
Mesopotamiam ad Labanem profectio, duplex ibi cum Lia & Rachèle conjugum, un-
decim marium liberorum, & puellæ unius procreatio, reditus Jacobi ad suos, Dinæ
stuprum, Sichemo ac Sichemitis illatus à Symone, & Levi, reliquisque Dinæ fratri-
bus interitus. Quibus demum Josephi casus subiuncti erant. Atque ea penitus ad men-
tem Mosis, neque ulla re discrepantia. Plane is ipse est, quem Josephus primo contra
Apionem Judæorum meminisse ait: *καὶ μηδέποτες*. Eundem esse qui res Phœnicum Phœ-
nicia lingua prosecutus est, & Sanchoniatonis continuavit historiam, quique Græce
à Læto redditus est, ut extat apud Tatianum, viri graves & eruditæ affirmarunt. Ego
vero vix credere ausim tantum in Phœnicæ & Græcæ lingua facultate potuisse, ut
geminam historiam utraque lingua condenseret. Et vero præter nominis similitudinem
nulla cauſa est, cur id sibi persuaderet quicquam.

XXXI. Laudat & Philonem Seniorem Alexander Polyhistor. De regibus Ju- Philonis Se-
dæorum scripsisse illum, & alia ac Demetrium de iis sensisse testis est Clemens Ale- nioris,
xandrinus. Citantur à Polyhistore apud Eusebium libri ejus de Hierosolymis, ex iis- Clem. Alex.
que nonnulla depromunt fragmenta, numeris poëticis adstricta, quibus Abrahamus, Strom. 1. Eus.
Isaacus, Jacobus, & Josephus celebrantur. Sive autem is auctor est libri Sa- Præp. Evang. I.
pientiae, qui Salomonis nomen prefert, quod nonnullis Scriptorum veterum persua- 9. c. 20, & 24.
sum fuisse affirmat Hieronymus; sive eum collegit solum & descripsit, quod com- Hier. Pref. in
muni sententia magis est consentaneum; sive liberiori interpretatione exposuit, quod libr. Salom.
mili videtur probabilius, Mosis libros compilasse credi potest, & multa in hunc li- Hier. Pref. in
brum transtulisse. Judæum fuisse notat Hieronymus. Unde erroris manifestus est Jo- libr. Salom.
sephus, qui in Græcorum seriem conjectit, & Codicem sacrum legere ipsum non po- Joseph, libr. 1,
tuuisse ait: vel ita certe exponendus est Josephus, uti exposuimus supra, cum de Eupo- contra Apion.
lemo ageremus; nempe cum esset Ebraicæ linguae imperitus Philo, Ebraico exemplari ut non potuisse.

XXXII. Fuit æqualis Ptolemæi Lathyri sepe jam laudatus Alexander Polyhistor, Alexandri
qui non plurimas solum Mosaicæ Historiæ partes è vetustis auctoriis excerptas Polyhistoris,
Commentarii suis complexus est, velut ex Berolo cosmogoniam, figuris licet de-
formatam, & Diluvii, ac Arcæ Noachi in Armenios montes delatae, & avium ad ex-
plorandam aquæ altitudinem emissarum historiam: ex Eupolemo vero, Artapano,
Cleodemo, & Demetrio, turris Babylonica ædificationem, Abrahami ex Ur Chal-
dæorum profecitionem in Phœniciam, & Phœnicia in Ægyptum, famis tolerandæ
cauſa, Pharaonis amorem adversus Saraiam, Abrahami victoriæ ex Loti hostibus,
oblata ei à Melchisedeco dona; liberos ejus ex libera & ex ancilla susceplos, ex priore
nempe Isaacum, quem Risum nominat (quippe id sonat vox Isaac;) inchoatum Isa-
aci, non consummatum sacrificium; alias etiam ex Chætura genitos liberos; tum deinde
de accuratam Jacobi, & liberorum ac nepotum ejus historiam, ad Moïsem usque &
Aaronem, Chami etiam, Chanaani, Mefraimi, Enoch quoque & Mathusalæ men-
tionem; postmodum stuprum Dinæ, & Sichemi interitum ex Theodoto: sed Mosis
etiam Judaicæ Legis latoris res gestas, Moïsemque ipsum, ut antiquum Judæorum du-
cem laudat. Quæ cum ita sint, comminisci sane non possum, quo auctore, quave
ratione scriperit, Judæorum Legem opus esse Ebrææ mulieris, cui nomen Mofo. Quan-
quam & sexum utrumque ab exoticis Scriptoribus Mosi tributum fuisse ostendamus.

XXXIII. Apollonio Molonis gravem impingit calumnia ac sycophantia dicam Apollonii
Josephus, quod leges à Mose sanctitas, Moïsemque adeo ipsum fictis criminibus, & Molonis,
probis vexarit. Errorem quoque ejus notat in assignando tempore exitus Judæorum
ex Ægypto; & diluit demum oblatas ab eo adversus Judæos criminationes, quod
alienos ritus, & falsas reliquarum gentium de Deo opiniones repudiarent. Apollo-
nium Molonis dixi, non, ut Josephus ipse eum appellat, Apollonium Molonem: Jof. 2. conte.
qua re Apollonium Molonis, qui μελανὸς dictus est, cum Molone perperam con- Apion.

G ij

PROPOSITIO IV.

52

Strab. libr. 14. fundit, quos esse distingudos docet Strabo.

*Castoris
Rhodis,
Julian, Paræn.*

*Diodori Siculi,
Diodor. libr. 1.
Justini, Paræn.
Cyrill. libr. 1.
conpr. Julian.*

XXXIV. Molem noverat & Castor, sive Rhodius, sive Galata, Dejotari gener, & inter eos recensetur à Justino, qui Mosis tanquam vetustissimi Judæorum principis meminerunt.

XXXV. Memorabili testimonio Molem Diodorus Siculus prosequitur, quo & virtutes ejus prædicat, & ait primum Ægyptiæ leges posuisse. Verba Diodori referunt Justinus & Cyrillus, verum variante scriptura: sic enim legitur in vulgarium Diodori codicibus: μετὰ δὲ τοῦ παλαιῶν τὸ κατάλυμπον Εἰς κατάστασιν, τὸν μεταρρύθμιον γενονταί εἴ τοι θεῶν οὐ τὸν ιερόν, πειστος φατο τελέστως ἀγενήτος νόμους κηνοῦσθε τὸ πάθον Εἰους τὸν Μυδῶν, ἄνδρα οὐ τὴν Φυχὴν μέραν, οὐ τὸν Εἰων κανόταν τὸν μητροπολιθον. Nam post vetustam hoc in Ægypto vivendi genus, quod Deorum & Heroum ero viguisse fertur, primum Mneven aint, magni animi virum, & inter celeberrimos de vita præclare meritum, vulgi multitudine persuasissime, ut legibus uteatur non scriptis, ad easque vitam accommodaret. Ita vero habent edita exemplaria Justini: πειστο φασιν ιεράρχοις νόμους τελέστως γεννῆται τὸ πάθον οὐ Εἰους Μενοῦλον ἄνδρα οὐ τὴν Φυχὴν μέραν, οὐ τὸν Εἰων ιεραρχούσαν μητροπολιθον. Paria fere habet Cyrus, qui hunc Justini locum videtur, cum scriberet, respexisse. Certe utrum, Mydōn, an, Μενοῦλον, scripsit Diodorus, dubitatio est. Verum quomodocunque legas, parum interest, cum Mneves, seu Mnevis, ipse sit Osiris, Osiris autem, ipse Moses: quod suo loco demonstrabitur. Videtur id quidem ignorasse Diodorus, &, ne verum dissimilem, Mydōn scripsisse, nam paulo post Molem inter latores legum nominationem recenset. Sed nihil adversus verum valeare debet Diodori ignoratio; cum præsertim post fabulosi Deorum & Heroum tempora leges tulisse dicat Mneven virum magnum, quem & alibi Menam appellat: quæ tamen nomina diversa sunt, & originis diversæ. Atque hoc Mose aptius convenit, qui vere vir magnus fuit, quam Heliopolitano illi Deo, qui vir dici non potuit, cum Deus esset. Mnevis ille, seu Menas Diodori, Men appellatur ab Herodoto, Minæus à Josepho, Minis à Plutarcho, Menis ab Älian, Maneros à Julio Polluce, qui & eum Musarum discipulum vocat, quod literarum repertor Moses, seu Mercurius habitus sit, & Musica artis peritus. Quam ob causam & Apollo κοντρές diuersus est, & Bacchus quoque, quos Mosis esse typos ostendemus. Adstipulantur nostra conjectura sequentia. Diodori verba, quibus ait finxisse Mneven se leges illas accepisse à Mercurio, qui Moses est. Porro non, αὐτοῖς, sed, ἐγέρσιοις, vere legitur apud Justinum & Cyrrillum: aliqui legumlatores Ægyptios recensens Diodorus, primum notasset auctorem ἐγέρσιον legum, haud fecus a ἐγέρσιοις. Præterea si primus leges ἐγέρσιος Ægyptiæ posuit Mneves, quibus ante Mnevem legibus usos eos dicemus: nam credibile non est ex leges penitus vixisse per octodecim annorum millia, dum à Diis & Heroibus, prout habent ipsorum fabulae, regerentur. Subiungit Diodorus commentum esse Mneven leges suas sibi à Deo traditas, quemadmodum & Minoëm, & Lycurgum, & Zatraustum, & Zamolixim, ὅποιοι ιεράρχοις Μενοῦλον τὸν ιατροπλάκυμον θέσθησαν ἐπιτηματικὸν & διατομὴν ἐπιτηματικὸν, τὸν μέλλονταν ὀφελοῦσθαι αὐθεόπιον πάθος, ἐπὶ τοῦτο τὸν ιατροπλάκυμον τὸν οὐμαντικὸν θέσθησαν τὸν σχλον, μᾶλλον ὑπακούεις διελαύνοντας. Hoc sibi vult Diodorus, latores illos legum, eas à Diis sibi traditas finxisse, sive quod mirabilem & divinam prorsus eam existimarent esse cogitationem, que hominibus tanto futura esset usus: sive quod libertius obtemperatur arbitrarentur multitudinem, dum ad auctores legum tanta dignitate & potestate pollentes respicerent. Hæc autem quanvis aperta & perspicua, parum tamen videtur intellexisse sanctissimus martyr Justinus, apud quem ita conceptus est ille locus: ὅποιοι ιεράρχοις μενοῦλον τὸν ιατροπλάκυμον θέσθησαν ἐπιτηματικὸν πάθος, ἐπιτηματικὸν & διατομὴν τὸν μέλλονταν ὀφελοῦσθαι αὐθεόπιον πάθος, ἐπὶ τοῦτο τὸν ιατροπλάκυμον & διατομὴν τὸν οὐμαντικὸν τὸν οὐρανὸν λειροῦμεν τὸν οὐμαντικὸν πάθος, μᾶλλον ὑπακούεις διελαύνοντας. Hoc sensu à superioribus discrepant: nam sibi volunt Mose apud Judæos Dei nomen fuisse consecutum, sive quod à divina mente profectas crederent leges hominibus adjumento futuras, sive quod promptiores ad obsequium homines fore censerent, si ad eorum præstantiam & virtutem oculos intenderent, qui reportores legum habebantur. Atque hanc lectionem fecutus est Cyrilus, sed virosam, ut videtur, & corruptam. Sed tamen constat saltem cognitum Diodoro & memoratum Molem, Judaicæ gentis legumlatorem, & Dei Iao, sive Ichova nomen invocantem, quæ ad hujus disputationis propositum sufficiunt.

Chæremonis, XXXVI. Claruit Augusti atate Ægyptiacæ conditor Historia Chæremoni, qua Ebraeos narrat excessisse ex Ægypto duce Mose: sed narrationibus suis mendacia aspergit; velut cum Josephum Molli expeditionis hujus comitem adjungit.

Trogi Pom. XXXVII. Tulit eadem ætas Trogum Pompeium laudatissimum Historicum,